

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XII

EPISTULA APOSTOLICA

AD VENERABILES FRATRES

AC DILECTOS FILIOS

EPISCOPOS CETERUMQUE CLERUM

AC POPULUM ROMANIAE

PACEM ET COMMUNIONEM

CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES

reprodusa in "Suflet Romanesc. Revista de cultura crestina",
Roma, an IV, nr. 1, ian-mart. 1952, p. 1-8

PIUS PP. XII
VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII
SALUTEM
ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

« VERITATEM... facientes in caritate » (Eph. 4, 15), dum tristissimas consideramus condiciones, in quibus Catholica Ecclesia apud vos versatur, contineri non possumus quin et christianam vestram, qua in exemplum praestatis, fortitudinem dilaudemus, et maerenti conqueramur animo, quod sacra catholicae religionis iura imprimisque eidem debita libertas in gravissimum sint discrimen adducta. Quamobrem paterna postulat voluntas, qua omnes, quotquot habemus in Christo Fratres et filios, ac vos praesertim amplectimur, ut ea vobis impertiamur solacia, quae in praesentibus rerum angustiis possumus; ut nempe per has litteras vos quasi praesentes alloquamur, vobisque asseveremus Nos aerumnas aegritudinesque participare vestras, atque ad Deum misericordiarum Patrem Nostras pro vobis admoveere preces, quibus quidem totius catholici orbis supplicationes coniunguntur.

At apostolici officii, quo tenemur, conscientia postulat ut vocem extolamus Nostram, Dei Ecclesiaeque causam defendentem; « non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate » (2 Cor. 13, 8). Siquidem ea Nobis perspecta sunt, quae quantaque hactenus tolerastis mala: novimus sacrorum Antistites nullos iam apud vos haberi, qui libere queant suas gubernare Dioeceses, suos sacerdotes moderari, suisque e laicorum ordine filiis opportuna tradere praecepta ac normas. Omnes enim fuere e suis deturbati sedibus, ac vel in carcerem detrusi, vel longe a suis relegati gregibus. Quamobrem illud, non sine lamentabili detrimento, evenit: « Percutiam pastores et dispergentur oves gregis » (Matth. 26, 31: cfr. Zach. 13, 7). Exploratum praeterea habemus Orientalis Ritus Ecclesiam, quae apud vos catholicorum numero ac virtute tantopere floret, publica lege deletam considerari, eiusque sacra aedificia atque instituta ad aliud fuisse destinata, quasi id esset in eorundem catholicorum optatis ac votis; plurimas religiosorum virorum ac mulierum sodalitates dissolutas fuisse, ac litterarum disciplinarumque scholas, in quibus adulescentes humanae christianaeque sapientiae lumine ab iisdem sodalibus collustrabantur, et ad morum integritatem virtutisque nitorem succrescebant, quasi rei publicae infensas ac perniciosas prohibitas fuisse aliisque demandatas; sacerdotes non paucos, idcirco quod suam avitam fidem arctissimamque cum hac Apostolica Sede coniunctionem retinebant, idcirco quod nullo modo volebant christianam suam relaxare constantiam, maculare conscientiam, officium prodere, vel extorres in ignotas fuisse regiones deportatos, vel ad metallam, ad labores coactos, vel denique in carcerem coniectos, ubi adhuc miseram, sed ante Dei bonorumque oculos gloriosam, traducunt vitam.

Huc accedit quod, in tanta librorum, ephemeridum ac volitantium paginarum colluvie, nulla catholicis facultas datur suam scriptis extollendi vocem; qua quidem veritas refulgeat, ac sacra Ecclesiae iura in sua luce in tutoque pro viribus reponantur.

Facile igitur ipsa Catholica Ecclesia ita describitur atque effingitur, quasi infensa sit atque inimica rei publicae. Atqui omnino patet eos, qui recte christiana praecepta sequantur et in vitae usum pro facultate deducant, nemini procul dubio cedere in patria caritate, nemini in civili observanda potestate in editisque normis obtemperando, modo ne eadem aliquid imperent, quod naturalibus, divinis, ecclesiasticisve legibus repugnet. Quod igitur vos, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, insectationibus, omneque genus aerumnis idcirco vexamini, quia catholicam vestris animis inditam tuemini fidem, id quidem non dedecori, sed honori, non infamiae, sed gloriae vertitur. Vos videmini Nobis, videmini cordatis omnibus, quotquot possunt veritatem cognoscere, ac libere suam proferre vocem, quasi primaevae Ecclesiae renovare fastos; atque adeo Nos, qui paternum erga gentem vestram gerimus animum, quique eos peculiarissima caritate adamamus, qui « persecutionem patiuntur propter iustitiam » (Matth. 5, 10), eorum vincula deosculari cupimus, qui in carceribus iniuste detenti, pro avita religione lacessita, pro sacris labefactatis institutis, pro aeterna suorum populorum salute in discrimen adducta, lacrimant atque elanguescunt, magis quam pro privatis cuiusque suis cruciatibus deperditaque libertate. Oculos, animos, fiduciamque vestram ad Caelum convertite; reminiscamini, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, praemium inibi vobis reservari, beatitudinis nempe fulgorem, qui nescit occasum; reminiscamini catholicos omnes una Nobiscum, communi Patre, ubique terrarum incensas ad Deum admovere preces, ut ipse benignus tot dolorum angustiarumque finem maturet; ac pacem animis, pacem populis, pacem Nationibus omnibus concedat; illam dicimus pacem, quae sanctissima religionis iura in tuto ponat, quae privatae uniuscuiusque conscientiae dignitatem libertatemque tueatur, quae gentes omnes, nulla habita iniusta disparitate, inter se amico foedere coniungat. Hanc Nos pacem cupimus, ac iam diu loquendo, suadendo operandoque commendavimus; non eam autem, qua Ecclesia in servitutem redigatur, cum probe noscamus, oppressa, vel sublata religione, ipsa rei publicae labare fundamenta neque posse cives prosperitatem felicitatemque veri nominis assequi.

Iam in patriae vestrae annalibus praeclara enitent christianae fidei, constantiae, fortitudinisque exempla. Antiquissima siquidem aetate, ut memoriae traditum est « cum Durostori, tum Axiopoli ac Tomis martyres habentur, qui sanguinem pro Christi nomine profuderunt. Et quamvis praeter martyrium ab iisdem factum, nihil aliud de eorum vita dignoscamus, id tamen, cum sine dubio constet, satis profecto loquitur » (A. A. S. 1937, p. 421). Horum martyrum vos quodammodo filii estis; atque adeo « fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles; abundantes in opere Do-

mini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino » (I Cor. 15, 58).

Ac quemadmodum sacro martyrum cruore iam terra vestra purpurata fuit, ita apostolico sudore irrorata. In iis autem, qui nullis parcentes laboribus christianum nomen atque humanae divinaeque sapientiae cultum apud vos invexere, peculiari luce renidet S. Niceta, Episcopus Remesianensis, qui, quarto exeunte saeculo atque ineunte quinto, indefatigabilis exstitit istius populi apostolus. Per eum didicere maiores vestri « resonare Christum corde Romano, placidamque casti vivere pacem » (S. Paulin. Nol. carmen XVII; Migne P. L. 61, 488-489). Is praeterea non modo patres vestros, Evangelii praeceptis christianaque virtute excoluit, sed posteris etiam eximiae doctrinae suae documenta reliquit, quandoquidem « composuit simplici et nitido sermone » haud mediocris ponderis scripta (cfr. Gennadius, De viris illus. c. 22; Migne P. L. 58, 1073).

Quodsi decursu temporis, ob gravissima rerum adiuncta, gentis vestrae aditus ad hanc Apostolicam Sedem paene interclusus fuit, numquam tamen est catholica fides apud vos restincta; quin immo vixdum potuit, iterum revirescere coepit, quasi antiquissimae aetatis voci fideliter respondens. Ad vos hodie pertinet, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, hanc eandem auscultare vocem, haec eadem imitari exempla. Difficultates, impedimenta, discrimina procul dubio vobis non deerunt; at neque defuere maioribus vestris, qui eadem forti animo superarunt.

Pergite igitur, ut facitis, invicta animi firmitate insectationes, angores aerumnas tolerare; pergite exsilium, carcerem rerumque omnium iacturam pati, potius quam vestram eiurare fidem, arctissimamque cum hac Apostolorum Principis Sede dirumpere, vel relaxare coniunctionem. Ac pro certo habeatis divinae opis auxilium, supplicibus imploratum precibus, numquam esse vobis defuturum.

Fore confidimus, ut haec hortamenta Nostra, haec flagrantissimae caritatis Nostrae testimonia ad notitiam vestram pervenire queant, ex iisdemque omnes salutiferam vim supernumque sumatis solacium; ita quidem ut ea, qua soletis, indomita fortitudine praestare atque enitere contendatis. Ut facile cernere est, Dei Ecclesiae animarumque causa agitur; numquam igitur animo concidendum est; numquam ea, quae christiana conscientia imperat, quae divina praecepta iubent, negligenda vel praetermittenda sunt, sed constantia summa alacritateque indefatigabili, nullo non tempore sunt incolumia servanda, ac pro viribus ad effectum deducenda. Aderunt profecto vobis praesentissima tutela ac patrocinio validissimo ii Sancti Caelites, quibus gloriatur Patria vestra; aderit imprimis a Caelo Deipara Virgo Maria, quam vos incensa pietate colitis, quaeque vobis filiis suis, tam in gravi discrimine positus, ea ab Unigena suo superna impetrabit munera, quibus tantopere indigetis; aderunt denique, una cum Nostris, catholici orbis preces, quae, sacra quasi contentione facta, id a misericordiarum Patre implorabunt, quod Nobis, quod vobis, quod bonis omnibus in votis est:

liberam nempe ac plenam facultatem privatim, publice vestram profitendi religionem, eiusque instituta, normas ac praecepta sarta tectaque servandi.

Conciliet id vobis, caelestium gratiarum auspex paternaeque voluntatis Nostrae testis, Apostolica Benedictio, quam vobis singulis universis, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXVII mensis Martii, anno MDCCCCLII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XII



EPISTULA APOSTOLICĂ

A

PREAFERICITULUI PĂRINTE PAPA PIUS AL XII-LEA

CĂTRE

EPISCOPATUL, CLERUL ȘI POPORUL ROMÂN

Venerabililor Frați și iubiților Fii, Episcopilor, Clerului și poporului
Român, în pace și comuniune cu Scaunul Apostolic

PIUS PP. XII

Venerabili Frați și iubiți Fii, mântuire și Apostolică Binecuvântare

« Urmând adevărul întru iubire » (Ef. 4,15), în timp ce considerăm tristele împrejurări prin care trece Biserica Catolică la voi, nu putem să nu lăudăm admirabilul vostru exemplu de tărie creștină și să nu ne întristăm de marele pericol în care se află sacrele drepturi ale religiei catolice și în primul loc libertatea cuvenită acesteia. De aceea dragostea părintească, cu care îmbrățișăm pe toți frații noștri întru Hristos, și mai ales, pe voi, Ne îndeamnă să vă împărtășim mângăierea îngăduită în strămtorarea actuală, adresându-vă cuvântul Nostru cu această epistolă a Noastră, ca și cum ați fi, de față, spre a vă încredința că Noi luăm parte la necazurile și suferințele voastre și că înălțăm pentru voi către Dumnezeu, Părintele îndurărilor, rugăciunile Noastre, la care se unesc rugile întregii lumi catolice.

Conștiința misiunii Noastre apostolice Ne impune să ridicăm glasul Nostru întru apărarea cauzei lui Dumnezeu și a Bisericii; « căci, de fapt, nu putem împlini vreun lucru împotriva adevărului, ci pentru adevăr » (2 Cor. 13,8).

Știm bine căte și ce suferințe a trebuit să îndurați până acum; știm că la voi nu mai există Episcop care să-și poată păstori liber Dieceza, să-și conducă preoții și să împartă norme și porunci potrivite credincioșilor săi. Intr'adevăr toți au fost ridicați din scaunele lor și târâți în închisoare, ori ținuți departe de turmele lor. De aceea cu amarăciune se adeverește cuvântul: « Bate-voi păstorii și se vor risipi oile turmei » (Mat. 26, 31; cfr. Zaharia, 13, 7). Mai știm apoi că Biserica de Ritu Oriental, atât de înfloritoare la voi prin numărul credincioșilor și prin pietate e considerată de legea statului ca dispărută, iar sfintele ei lăcașuri și instituții au fost destinate altor întrebunțări, ca și cum aceasta ar corespunde dorințelor și aspirațiilor credincioșilor înșiși; multe familii de comunități religioase, de bărbați și de femei, au fost risipite iar școlile în care tinerii, sub conducerea călugărilor, își deschideau mintea la lumina înțelepciunii omenești și creștinești și creșteau în integritatea moravurilor și în deprinderea virtuților au fost interzise și încredințate altora, ca dăunătoare și periculoase pentru națiune; mulți preoți, pentru credința lor strămoșească și pentru strânsa lor legătură cu acest Scaun Apostolic și pentru că în niciun fel n'au consimțit să se clinească din statornicia lor creștină, să-și păteze conștiința, să-și tradeze datoria, au fost deportați afară din țara lor în regiuni necunoscute sau osândiți la muncă silnică în ocne, sau au fost aruncați în în-

chisoare, unde duc încă o viață plină de mizerii, dar glorioasă înaintea ochilor lui Dumnezeu și a celor buni.

La acestea se adaugă și faptul că în atâta mulțime de cărți, ziare, foi volante, catolicilor nu le-a fost lăsată nicio libertate spre a se folosi de presă ca să-și spună cuvântul, în care să strălucască adevărul și pentru ca sfintele drepturi ale Bisericii să fie puse în adevărata lor lumină și apărate.

Este ușor, deci, în felul acesta a descrie și a prezenta Biserica noastră catolică drept dușman periculos al binelui public. Și totuși e cu totul vădit că aceia care sunt urmașii credincioși ai creștinismului și se silesc să-i trăiască învățăturile, nu sunt mai pre jos față de nimeni în ce privește iubirea de țară, a respectului față de autoritățile civile, a ascultării față de normele stabilite, dacă acestea nu impun lucruri contrare legilor naturale, divine și bisericesti.

Și dacă totuși voi, Venerabili Frați și iubiți fii, sunteți loviți de persecuție și de tot felul de necazuri, pentrucă voiți să păstrați întregă credința catolică în sufletele voastre, aceasta e spre onoarea și nu spre înjosirea voastră, spre gloria și nu spre defăimarea voastră. Nouă și tuturor celor ce pot cunoaște adevărul și își pot spune fără frică cuvântul, Ni se pare că voi reînnoiți măreția Bisericii primitive; și de aceea Noi, care față de poporul vostru nutrim sentimente părintești, și înconjurăm cu iubire deosebită pe «cei prigoniți pentru dreptate» (Mat. 5, 10), dorim să sărutăm lanțurile acelor care, întemnițați pe nedrept, plâng și se întristează mai mult de loviturile date religiei, prăbușirea sfintelor instituții, mântuirea eternă a popoarelor lor pusă în pericol, decât de suferințele proprii și de libertatea pierdută.

Ridicați cu încredere ochii și sufletele la cer; amintiți-vă, Venerabili Frați și iubiți fii, că acolo su: vă așteaptă o răsplată, adică lumina eternă a fericirii; să știți că toți catolicii, împreună cu Noi, Părintele tuturor, în orice parte a pământului, înalță rugăciuni fierbinți către Dumnezeu pentru a binevoi să grăbească sfârșitul atâtor dureri și mâhniri, și să dea tuturor pacea sufletelor, pacea popoarelor, pacea tuturor națiunilor, pacea aceia care să pună în siguranță sacrosanctele drepturi ale religiei, care apără demnitatea și libertatea de conștiință a fiecăruia, care să unească printr'o legătură de prietenie toate neamurile, fără vreo nedreaptă deosebire.

Aceasta e pacea pe care Noi o dorim și pe care de atâta vreme o recomandăm prin cuvânt, prin îndemn și prin faptă; nu aceea care reduce Biserica la sclăvie, știind bine că, oprimată, ori înlăturată religia, se clatină înseși temeliile societății, iar cetățenii nu pot ajunge la o adevărată prosperitate și fericire.

Chiar în anele patriei voastre strălucesc exemple splendide de credință, de statornicie și de tărie creștină. Intr'adevăr, în epoci foarte îndepărtate, după cum se amintește «se află la Durostor, Axiopolis și Tomis martiri care și-au vărsat sângele pentru numele lui Hristos. Și, cu toate că nimic altceva nu se cunoaște din viața lor decât martiriul suferit, totuși acesta, fiind în afară de orice îndoială, vorbește destul de elocvent». (A.A.S. 1937, p. 481). Voi sunteți într'un anumit fel fiii acestor martiri și de aceea, «frații mei iubiți, fiți statornici, neclintiți, sporind în lucrul Domnului, bine știind că osteneala voastră nu este deșartă întru Domnul» (I Cor. 15, 58).

Și, precum pământul vostru a fost înroșit cu sângele martirilor, tot așa a fost stropit de sudoarea apostolică. Printre cei ce, fără cruțare de oboseală, au adus la voi credința creștină și cultul înțelepciunii omenești și dumnezeiești,

strălucește în mod deosebit Sf. Nichita, Episcopul Remesianei, care, spre sfârșitul secolului al IV-lea și începutul celui de-al V-lea, a fost apostol neobosit al acestui popor. Prin munca lui, înaintașii voștri au învățat « să laude numele lui Hristos cu inimă Romană și să trăiască creștinește, în liniște și pace » (Sf. PAULIN DE NOLA, Carmen XVII, MIGNE P. L., 61, 488-9).

Acesta nu numai că a adus cuvântul Evangheliei și virtutea creștină strămoșilor voștri, dar a și lăsat urmașilor mărturie despre înalta lui învățătură, fiindcă a « compus în formă simplă și limpede » scrieri de mare însemnătate (Cfr.: GENNADIUS, De viris illus., c. 22; MIGNE, P. L. 58, 1073).

Și dacă în cursul veacurilor, în împrejurări foarte dureroase, poporului vostru i-a fost uneori imposibilă apropierea de acest Scaun Apostolic, totuși credința catolică, nu s'a stins niciodată din mijlocul vostru; ci, din contră, îndată ce a fost posibil, a început să înflorească, răspunzând cu credință la chemarea timpurilor de odinioară.

E de datoria voastră, Venerabili Frați și iubiți fi, să ascultați acest glas și să imitați aceste exemple. Fără îndoială, nu vor lipsi dificultățile, piedecile, și pericolele; dar acestea nu au lipsit nici înaintașilor voștri, care au reușit să treacă peste ele.

Continuați, deci, precum și faceți, să suportați cu neclintită tărie de suflet persecuțiile, suferințele, lipsurile; continuați să suferiți exilul, închisoarea și pierderea oricărui bun, mai de grabă decât să vă trădați credința și să rupeți sau să slăbiți legătura care vă unește cu acest Scaun al Principelui Apostolilor. Și să aveți nestrămutata încredere că niciodată nu vă va lipsi ajutorul dumnezeiesc, implorat prin rugăciuni.

Avem încrederea că, aceste îndemnuri ale Noastre și aceste mărturii ale iubirii Noastre fierbinți vor putea ajunge la cunoștința voastră și că dela ele voi veți primi puterea mântuitoare și ajutorul supranatural ca să puteți continua a da dovadă luminoasă despre neînfrânta tărie care vă distinge.

Cum e ușor de văzut e vorba de Dumnezeu, de Biserică și de suflete, de aceea niciodată nu trebuie să vă descurajați; niciodată nu trebuiesc nesocotite ori călcate acele lucruri care sunt impuse de conștiința creștină și cerute de poruncile dumnezeiești, ci trebuiesc respectate întotdeauna cu supremă statornicie și cu zel neobosit, trăindu-le cu toată convingerea. Vă vor asista, fără îndoială, cu ocrotirea lor eficace și cu mijlocirea lor puternică acei sfinți din cer cu care se mândrește patria voastră; vă va sta aproape, din cer, mai ales Fecioara Maria, Mama lui Dumnezeu, față de care aveți o pietate fierbinte și ea va obține dela Unul său Născut, pentru voi, fiii săi căzuți în mare pericol, harurile dumnezeiești de care aveți lipsă; vă vor asista în fine rugăciunile Noastre și acelea ale întregii lumi catolice, care, alcătuind aproape o cruciată sfântă, vor implora dela Părintele îndurărilor ceea ce este în dorința Noastră, a voastră și a tuturor celor buni: adică deplina libertate de a mărturisi deschis, în public și în privat, religia voastră și de a păstra instituțiile, normele și preceptele ei.

Aceasta să v'o obțină Binecuvântarea Apostolică, pe care, ca auspiciu al harurilor cerești și ca mărturie a iubirii Noastre părintești, vouă, Venerabili Frați și iubiți fi, v'o împărtășim cu toată inima în Domnul.

Data în Roma la Sf. Petru, în ziua de 27 Martie 1952, anul al patrusprezecelea al Pontificatului nostru.